Quã creber iſte ſacerdos ſanctus in orationibus fuerit ſcʒ beatꝰ
Jeronimus. ipſe fatetur cum dicit quotidie lacrime quotidie gemi
tus etſi quãdo repugnantē carnē ſomnus imminens oppreſſiſſet
nudã humo vix oſſa herentia collidebam. Memini me claman
tem diē crebro iūxiſſe cum nocte nec prius ceſſaſſe verberibus q̄m
rediret domino imperante tranquillitas. nō mirū ſi tam aſſiduus
in oratione extitit qui diuini iudicij ſeueritatē expertus fuit ſic ipſe
de ſe ſcribit. ꝙ cum tantū amorē ad libros phicos legendos habe
ret ꝙ lectõ ꝓphetaꝝ nihil ſibi ſapiebat in media xl. graui febre cor
reptus eſt qui in ſpiritu raptus eſt ad tribunal iudicis vbi tm̄ erat
luminis ꝙ cadens in terrā non audebat ſurſum aſpicere ⁊ cū inter
rogaretur de conditione. chriſtianū ſe eſſe reſpondit. cui iudex mē
tiris. Cyceronianus es nō xpianus vbi enī theʒaurus tuuſ ibi eſt
⁊ cor tuū. ilico obmutuit ⁊ inter verbera nam cedi eum iuſſerat conſci
entie magis igne torquebatur. Cogitans de illo verſiculo. In infer
no quis confitebitur tibi. clamare tamē cepit ⁊ dicere. Miſeremini
mei dn̄e miſeremini tandē ad iudicis genua ꝓuoluti qui aſtiterāt
precabant̄ pro eo ⁊ rediens ad ſe mirantibus ceteris aperuit ocu
los tanto lacrimarū imbre perfuſos vt etiā incredulis fidem facēt
ex dolore nec fuit verus ſopor aut vera ſomnia quibꝰ ſepe illudū
tur homines vt ipſe dicit. Teſtes inquit ſūt tribunal ante qd̄ iacui.
iudicium triſte qd̄ timui. ita mihi nunq̄ʒ contingat incidere in ta
lem queſtōeʒ ſcio me liuentes habuiſſe ſcapulas plagas ſenſiſſe pꝰ
ſomnia. Reſpice o homo oculis cordis hoc factū ⁊ placa orando
iudicem chriſtum vt inuenias eum in extremis ꝓpicium. Amen.

¶ De ſancto franciſco Sermo

Vidi alteꝝ angelū aſcendentem ab ortu ſo. habentē ſignū
dei viui Apoca. vij. Verbum illud poteſt exponi de beato
Franciſco qui in verbis premiſſis cōmendatur a tribus. ſ.
a predicationis auctoritate. a contemplationis ſublimitate. a reli
gionis ſue firmitate. Primū tangitur ibi Vidi alteꝝ angeluʒ. An
gelus grece dicitur nuncius latine. ⁊ in hoc figuratur ꝙ beatus
Franciſcus fuit miſſus a deo ad predicandū. Scd̄m ibi Aſcendē
tem ab ortu ſolis. Ortus ſolis eſt gracia chriſti a qua beatus frã
ciſcus hauſit contemplationē per quã ſurſum aſcendit Terciū ibi
hn̄tē ſignū dei viui. i. ſtigmata ſicut ei lr̄a cui papal' bulla appēdit

habet firmitatez Jta religio beati ſrancisci ꝑ hͣ firmitatē habꝫ ꝙ
ſigillum ſummi pontificis in ara crucis fabꝛicatū eidez beato ſrā
ciſco eſt appenſum ¶ Primo ergo cōmendatur a predicatiōis au
ctoꝛitate cum dicit᷑ vidi al. an. i. ſranciſcuz qui ideo angelus dicit᷑
qꝛ a deo miſſus eſt ad predicandū de ipo ſupne reuelatōiſ illuſtra
tus oꝛaculo intellexit ſe ad hoc miſſum a dn̄o vt criſto lucraretur
animas quas dyabolus conabatur auferre ¶ Sed nota ꝙ bea/
tus ſranciſcus ꝯpatur angelo ꝓpter triplicem actū angelicū. Nā
actus angelicus eſt illuminare. purgare. et ꝑficere. Et accipe hos
actus large ſm ꝙ reſpiciūt non ſolum ad ꝯgnitionem ſed etiā af/
fectiuam. Dicitur ergo beat⁹ ſranciſcus Angelus. qꝛ illuminat rō
nalem per inſtructionē purgat ꝯcupiſcibilem excitādo ad deuotō
nem. ꝑficit iraſcibilē ꝯfoꝛtando contra demonū impugnationē
¶ Primo dico ꝙ illuminat rationalē per inſtructiōez Apo. xxviij.
vidi aliū angelum deſcendentē de celo habentē poteſtatē magnaz
⁊ terra illuminata eſt a gloꝛia eius. i. a doctrina eius. Angelus ille
eſt beatus ſranciſcus qui dicitur deſcendiſſe de celo qꝛ celeſtem vi
tam hic tenuit hic habuit poteſtatē magnā ſup demonia ⁊ ſuper
elementa et ſuper moꝛbos ſup creaturas irrationabiles legit᷑ pote
ſtatē habuiſſe ab hui⁹ doctrina illuminata ē terra. i. terreni homi
nes O quot terreni homines ab huius doctrina illuminati ſūt Mul
ti ſunt qui nihil niſi terrena dilexerūt. audientes doctrinā hui⁹ ſan
cti docentis contemni terrena poſtpoſito amoꝛe terrenoꝛuz illumi
nati ſunt adquirēdo celeſtia. Vis o auare illuminari reſpice paupe/
rem ſranciſcū qui pꝛo criſti amoꝛe omnia tempalia reliquit ⁊ in
extrema paupꝑtate vixit. Pone auaricie tue modū attende illud .i.
thi. vi. nihil intulim⁹ i hūc mūdū. haud dubiū quia nec auferre qͦd
poſſum⁹ habentes alimenta et quibus tegamur his ꝯtenti ſimus
Jllud attendit beat⁹ ſrāciſcus ideo in pͥncipio cōuerſionis coꝛaz
epo renūciauit omnibus facultatib⁹ paternis ⁊ oīa veſtimēta ſua
patri reſtituēs iudicio coꝛam omnib⁹ ſtetit poſtmodū nūqꝫ aliqͦd
ꝓpꝛij habere voluit ⁊ in hoꝛa moꝛtis ſe nudum in terra ꝓiecit. ¶
Scdo dicitur angel⁹ qꝛ purgat ꝯcupiſcibilez excitādo ad deuotō
nem vnde ipe ſignificatur per angelum illū de quo dicit᷑ Jſa. 6. Vo
lauit ad me vnus de ſeraphin ⁊ in manu eius calcul⁹ qͥ foꝛpice tu
lerat de altari ⁊ tetigit os meū ⁊ dixit mihi. Ecce tetigi labia tua ⁊

auferetur iniquitas tua ⁊ pcc̄m tuū mūdabitur Seraphin interp̄/
tatur ardens ⁊ beatum franciſcū ſignificat qui miro modo arde/
bat in dei dilectione. In huius manu fuit calculꝰ quē forpice tulerat
de altari .i. firma fides quē for. deuotōis tu. đ al .i. đ criſto. Hoc cal
culo multorum corda tetigit id eſt ad penitenciā preparando ⁊ ad
gratiam diſponendo quodāmō a peccatis mundauit O quot ſunt
homines vera fide carentes ſanctus iſte fidem ſignauit . per quaꝫ
fidem corpora multorum purgata ſunt vnde ſignificatur per ange
lum de quo dicit̄ Apo .A. Clamauit angelus voce magna q̄tuor
an. quibus datum eſt nocere ter. ⁊ ma. d. No. no. ter. ⁊ ma. neqꝫ ar
per terram accipe auaros qui terrenis inhiant. per mare luxurio/
ſos qui de vno vicio in aliud defluunt. per arbores ſupbos qui per
ſupbiam ſuper alios eleuantur. hec ſunt tria peccata quibꝰ totus
mundus inuoluitur .i. Jo. ij. Omne qđ eſt in mūdo aut ꝯcupia car
nis eſt aut ꝯcupia oculoꝝ aut ſup. vite ⁊c̄. Cum nocere vellet illis
qui erant in mundo beatus franciſcus tanq̄ꝫ āgelus clamauit cō
tra eum ne noceret donec hui dei ſignarentur cruce vere pnīe hoc
ſigno beatus frāciſcus multos ſignauit. quibus diabolꝰ nocere
ōnino non potuit vnde dicit̄ ei Eze. 9. Signa thau. ſup virorū frō
tes gemēcium ⁊ dolencium Thau. habet formā talē qualē habuit
crux xp̄i. p̄us q̄m ſupior tabula apponeret̄ ſcꝫ taleꝫ T ⁊ ſignificat
fidem crucifixi. quicūqꝫ verā fidē habuerit ei diabolꝰ nocere nō po
terit. hāc fidem beatus franciſcus firmiter tenuit veraciter p̄dica
uit ⁊ ad eam multos animauit. ¶ Tercio dico ꝙ pficit iraſcibileꝫ
ꝯfortando contra demonis impugnatiōeꝫ Dan̄. x. Dixit angelus
danieli noli timere pax tibi confor. ⁊ ſequitur Cum loqueretur mi/
hi cōualui Daniel interp̄tatur vir deſideriorum ⁊ ſignificat criſti/
anum qui debet deſiderare celeſtia. huic loquitur angelus .i. beatꝰ
franciſcus ne timeat ſi a diabolo tentetur quia a deo adiuuatur ⁊
tunc pacem habeat cum deo ideo in ſingulis predicatiōibus p̄mi/
ſit Deus det nobis ſuam pacem. et vt cōfortetur cōtra diabolū ne
ab ipſo vincatur ⁊ a dei ſeruicio retrahatur O quot ſunt homines
quos hoc modo beatus franciſcus confortauit. legitur quod fuit
quidam religioſus de ordine cruciferorum cum medici de vita de/
ſperarent miſit ad beatum franciſcum vt oraret pro eo. Qui q̄dē
oracione premiſſa panis micam cum oleo quod acceperat de lam/

pade

pade ꝯmiſcuit ⁊ qđdam elcuarium faciens traſmiſit illi. d. Medici
nam hanc noſtrā deferte morituro. q̄ ip̄m xp̄i virtus non ſoluꝫ ple
ne ſanitati reſtituet verumetiam robuſtum bellatorem effectum
acici noſtre ꝑſeueranter adiūget. Statim qꝫ vt eger homo illud gu
ſtauit ſanus exurgens tantū mentis ⁊ corporis adeo vigorem ob/
tinuit vt paulo poſt ſci Fran. religiōem ingreſſus vna tunica opic
batur ſb qua longo tempe loricā portabat ad carnē. ⁊ crudis tātū
modo cibarijs ⁊ herbis legumibꝰ ⁊ fructibꝰ ꝯtentꝰ. per multa tē
pora nec panem guſtaret nec vinum fortis tamen ⁊ incolumis ꝑ/
ſeuerauerat Sic patet p̄mum p̄ncipale ¶ Scđo ꝯmēdatur a cōtē/
plationis ſublimitate cum dicit̄ aſcendentē ab ortu ſolis. ortꝰ ſolis
ſignat gratiaꝫ dei que refulſit in mente beati Franciſci. Hec gratia
fecit beatū Franciſcū aſcendere a terrenis ad celeſtia cōtemplāda
Bona eſt illa aſcenſio que eſt ꝑ gratiā per q̄m homo ſcandit ad ce/
lum Alia eſt aſcenſio mala que eſt per ſupbiam per q̄m homo deij
citur a celo. De qua in perſona luciferi dicitur Iſa. xiiij. In celū aſcē
dam ſuper aſtra celi exaltabo ſolium meum ſedebo in monte teſta
mēti in lateribus aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinē nubiū ſilis
ero altiſſimo ¶ Sed nota ꝙ beatus Franciſcus per dei gratiā aſcē
dit ad celum per tria. ſ. ad ſanctitatem religionis mūdum cōtēnen
do ad quietē ꝯtemplatiōis orationibꝰ inſiſtendo. ad felicitatē frui
tionis. celum ingrediendo ¶ P̄mo aſcendit ad ſanctitatē religionis
mūdū ꝯtemnendo vnde ip̄e poterat dicere illud Can. vij. Aſcendā
in pal. ⁊ appre. f. eius. per palmā que in altum creſcit. in ſignū vi/
ctorie quondam ferebatur in manibꝰ dulcē fructum ꝓfert ſigna
tur ſancta religio in qua debet homo creſcere in virtutibus. dya/
bolum vincere. ⁊ vſqꝫ in finem perſeuerare ⁊ tūc habebit fructum
eterne dulcedinis. Hanc palmā beatus Franciſcus aſcendit. qn̄ mū
dum contemnens ſtatum religionis aſſumpſit Unde legitur ꝙ q̄
dam Bernardus nomine qui p̄mus ei adheſit ꝓponens mūdum
contēnere dū quereret ab eo qualiter illud ꝑficeret ſanctus Franci
ſcus duxit eum ad eccleſiam vbi oratione p̄miſſa ter euāgelioruꝫ
aꝑuit librum ⁊ in prima apertione illud occurrit Si vis perfectꝰ
eſſe va. vende omnia ⁊ da pauperibꝰ In ſcđa nihil tuleris in via
In tercia Qui vult venire poſt me abneget ſemetip̄m et ſequatur
me ⁊ ait vir ſcūs Hec eſt vita ⁊ regula nr̄a oimqꝫ q̄ nr̄e voluntati

voluerit ɔiungi. Hec tria btūs Frāciſcꝰ in ſe ꝓbauit ⁊ poſteri. obſuā
da reliq̄t Nihil in via ſecū tulit ſemetipſm abnegauit mūdi gl'az ɔtē
nēdo ⁊ crucē ſuā tulit ꝛligiōez aſſumēdo vñ ipē dicē potuit Gal. 6
m̄ ab. g. niſi i cruce dñi noſtri ihu xpi ꝑ q̄ m̄ mū. cruci. ē et ego mū
¶ Scdo aſcēdit ad quietē ɔtēplatōis orōibus inſiſtendo ps. Btūs
vir cuius eſt auxiliū abſte aſ. in cor. ſ. d. in val. la. Hoc dicitur q2 la-
crime multe ſolent interdum eſſe in ɔtemplatōe Cuz eni deuota ani
ma cōtemplatur que ⁊ qualia ſunt celi gaudia q̄m iocūdum ſit eiſ
dem inherere ⁊ viſione dei frui incipit ad hoc anhelare ⁊ pro deſi-
derio eorum lacrimas fundere dicens cum ꝓpheta Fuerūt mihi la
crime die ac nocte n. vſq3 deus tuus ¶ Nota q dicit aſcenſiones in
corde ſuo diſpoſuit in valle lacrimarꝫ q2 q̄ntomagis beatus frāciſ-
cus aſcendit ad deum ꝑ gradus ɔtemplatiōis tanto magis deſcen
dit in ſeipō per valles humilitatis Cum frater quidam in ſpiritu vi
diſſet multas ſedes in celo vidit vnā ceteris digniorē ꝑcioſis ornatā
lapidibus ⁊ omni gloria fulgentez ⁊ cū miraret̄ quis ad illam aſſu
mi deberet audiuit vocem dicentem Sedes iſta vnius torneamen
cium fuit ⁊ nunc humili ſeruatur Franciſco Qui ſurgens ab orōne
cum iret cum viro dei per viam queſiuit ab eo quid de ſe ſentiret
Ad quem ille Videor mihi maximus peccatorum Cui cuz frater di
ceret q non poſſet hec dicere ſana ɔſciencia ille ſubiūxit. Si q̄cūq3
alius ſceleratus hō tantaz fuiſſz xp̄i miſericordiam conſecutus ar
bitror ſane q multomagis q̄m ego dico gratioſior eſſet. ⁊ ſic ſuꝑ
noiatus frater ex tam mirabilis humilitatis auditu confirmatꝰ fu
it de veritate viſionis oſtenſe ¶ Tertio aſcendit ad felicitatem frui-
tionis eterne celum ingrediendo Hoc factum fuit qñ anima eius d̄
corpore egrediens ſine omni purgatorio celos aſcendit Ipē enim il
lud impleuerat euangelicū Luc. xiiij. Cū vocatꝰ fueris ad nuptias
re. in no. lo. ⁊ iō ei dc̄m eſt illud qd̄ ſeq̄t̄ Amice aſcēde ſupiꝰ Nuptie
iſte ſūt celeſtes delicie ad has vocatꝰ fuit btūs Frāciſcꝰ q̄ recubuit i
nouiſſimo loco. i. in humillimo ordie Vbi hūilitatē magnā oſtendit
noie q2 frēs ſuos voluit vocari miores. ꝑlatos miſtros ⁊ ſeruos In
hitu q2 humilē hitū aſſūpſit In ɔuerſatiōe q2 hūilis fuit ſic p3 in le-
genda ſua. ⁊ q2 hic recubuit iō nūc exaltatꝰ eſt in celo. Hō. n. trāſitꝰ
viri dī miniſter quidam fratrū in terra laborās Augꝰ Nomine vir
vtiq3 ſanctus ⁊ iuſtus. in vltima hora poſitus cum diu loquelam
dimiſiſſet

dimiſiſſet ſubito clamauit ⁊ dixit. Ecce me pater exſpecta. ecce iaȝ
venio querẽtibꝰ fratribꝰ ⁊ mirantibꝰ multũ cui ſic audacter loq̃/
retur. rñdit. nõne videtis fratrem veſtrum franciſcuȝ qui vadit ad
celum ⁊ ſtatim ipſius anima migrans a carne patrem eſt ſecuta ſã
ctiſſimuȝ ſic patet ſcḋm ꝑncipale. ¶ Tercio dico ꝙ ↄmendatur a r̃
ligionis ſue firmitate cum dicitur habentẽ ſignum dei viui. i. q̃nqȝ
ſtigmata ad ſimilitudinẽ xp̃i crucifixi que dum criſtus corpori eiꝰ
imprimeret quaſi ſigillum quoddã appendit per quod ipſius religi
onem approbauit id̓o potuit dicere illud Gal. 6. De cetero nemo
m̃ moleſtꝰ ſit Ego ſtigmata domini Jeſu in corpore meo porto q.
d. nemo detrahet mee religioni q̃m videt ſtigmatibꝰ dei confirma
tam congruum erat vt qui paſſione criſti conſignatus erat in cor/
de interius etiam ↄſignaretur in corpore exterius. ⁊ cuius totum
ſtudium tam publicum q̃m ꝑuatum circa crucem domini verſa
batur ipſius caro vulneribus criſti in cruce impreſſis conſignaret̃
Qualiter iſta ſignatura impreſſa fuerit in pedibus et manibus ⁊
latere habes in legẽda ſua de multis miraculis que ꝑ ſtigmata ꝓ
bata ſunt habes ibidem Nullus enim ibidem de his ſtigmatibꝰ du
bitet quia ꝙ vere habuit hec ſtigmata multorũ eſt teſtimonijs ap/
probatũ literis ⁊ dictis papalibus roboratũ multis miraculis con
firmatũ De quibus vnũ ad preſens refero felicis namqȝ recordati
onis dominꝰ Gregoriꝰ papa nonus anteq̃m ſanctuȝ franciſcũ ka/
thalogo ſanctorum aſcriberet ſcrupulũ quendam dubitatiõis ge
rebat in corde de vulnere laterali. nocte vero quadam ſicut idem
papa referebat cum lacrimis. beatus franciſcus ei in ſomnis appa
ruit ⁊ ipſm redarguens de heſitatione eleuabat brachium dextrũ
⁊ detexit vulnus. fialam qȝ popoſcit ab ipſo vt reciperet ſanguineȝ
quẽ ex latere defluebat. obtulit ei fialam in viſione ſummus ponti/
fex. que vſqȝ ad ſummũ ſanguine profluente de latere videbatur
impleri. ex tunc tantam deuotionem concepit ad illa ſtigmata ꝙ
nullo modo pati poterat ꝙ aliquis blaſphemaret ↄtra illa ſtigma
ta vel ſigna quin cum ſeuera increpatione feriret. hunc ergo btm̃
dei franciſcum qui criſti ſtigmata portabat honoremus ⁊ criſtuȝ
qui hec ſtigmata ei impreſſit laudemus qui cũ patre ⁊ ſancto ſpi/
ritu viuit ⁊ regnat Amen.

¶ De ſancto Luca euangeliſta. Sermo